Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8279
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Fortitudo et decor indumentum eius: et ridebit in die nouissimo. Os suum aperuit sapientiae: et lex clementiae in lingua eius. Considerauit semitas domus suae: et panem otiosa non comedit. Surrexerunt filii eius et beatissimam praedicauerunt: vir eius et laudauit eam. Multae filiae congregauerunt diuitias: tu supergressa es universas. Alleluia. Ego quasi vitis.

R. in octauis assumptionis Et legitur post Pascha usque ad Ascensionem. GR. Benedicta et venerabilis es virgo Maria quae sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. V. Virgo dei genitrix quem totus non capit orbis in tua se clausit viscera factus homo. Alleluia. V. Felix es sacra virgo Maria et omni laude dignissima quia ex te ortus est sol iustitiae.

Alleluia. V. Sancta dei genitrix virgo semper Maria intercede pro nobis ad dominum iesum xpm. Alleluia. V. O consolatrix paupum Maria tuis precibus suge miseris miseris in aerumnis xpi quos tu de mortis periculo hiniuum mater eripuisti. Alleluia. V. O Maria rubens rosa delectamen filiorum dulcis mitis et formosa siderum coli gaudium tu stella xpi lucida tu vitis copiosa gaudio nos miseros et ora pro nobis pia et perduc nos ad filium tuum virgo Maria. Alleluia. V. Ave benedicta Maria iesu xpi mater et filia decus amoris tui amoris tui dulcoris sydus splen